

255

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis
 magistro et fratribus hospitalis Sancte marie Theutonicorum
 in Prussia salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a
 nobis petitur quod justum est et honestum tam vigor equita-
 tis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii ad
 debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra
 petitio continebat. quod cum jam dudum per sedem aposto-
 licam et legatos ipsius fuerit ordinatum ut vos duas partes
 terrarum Prusie quas populus eripere de paganorum manibus
 haberetis et episcopi locorum ipsorum tertiam earundem
 terrarum debeant obtinere. Vos juxta ordinationem hujusmo-
 di terram dyocesis Warmie cum venerabili fratre nostro War-
 miensi episcopo sponte et concorditer divisistis. prout in paten-
 tibus litteris ejusdem episcopi confectis exinde ac suo et tuo
 fili magister sigillis signatis plenius continetur. Nos itaque
 vestris supplicationibus inclinati divisionem hujusmodi si-
 cut prout facta est, et ab utraque parte sponte recepta et
 hactenus pacifice observata. auctoritate Apostolica confirma-
 mus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem au-
 tem litterarum de verbo ad verbum presentibus fecimus an-
 notari qui talis est.

In nomine domini amen. Nos frater Anselmus Ordinis
 hospitalis Sancte marie etc. vid. instrum. preced.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confir-
 mationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
 hoc attemptare presumpserit. indignationem omnipotentis

Dei



Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nescit
verit incursum. Datum Neapoli VI^{to} idus Martii
pontificatus nostri Anno primo.—